Weiss, Placidus, v. S. Gallen.
Disput. de existentia logicae

Disputatio prima
de
Existentia logicae.

Nomine logicae hic stud venit logica artificialis, non vero naturalis, quae nil est aliud, quam ipsa lumen naturale rationis, a natura cuivis homini inditum, quo homines etiam penitus indocti aliqualiter saltem, id est, sine certo artificio et absque regulis definire, dividere et syllogizare valent: Nomine ergo logicae artificialis intelligimus unico verbo Artem recte definiendi, dividendi et argumentandi. Quo notato sit

Articulus 1.

Dico 1. Datur in rerum natura logica Artificialis. Haec conclusio mihi, salvo tamen meliori aliorum judicio, videtur adeo certa et evidens, ut negans illam merito assimilari possit Equiti illi, quaerenti Equum, cui tamen insidet. Probatur nihilominus 1. in hunc modum: Logica artificialis est valde necessaria